

Folio

**O**mnis virtus consistit in medio scz inter defectuz et excessuz  
**V**irtus certior est et melior omni arte  
**D**atum est facile bonum autem difficile.  
**F**ons est facile attingere medium sed difficile.  
**V**irtus est habitus electus in mente consistens quo ad nos declarata ratione: ut vtiqz sapiens determinabit.  
**O**perationes sunt circa singularia.  
**D**ifficile est aliquem esse bonum id est studiosum.  
**M**edium in omnibus rebus est laudabile.

**S**equuntur autoritates tertii libri ethicorum aristotelis  
**I**lliis est mori qz facere contra bonum virtutis  
**I**gnorancia excusat peccatum  
Consilium non est de fine: sed de his que sunt ad finem.  
Quod primum est in intentione: hoc debet ultimum esse in executione  
Bonum est principium suarum operationum  
Bonum voluntarium est quod simpliciter est bonum.  
Bonus singula recte iudicat.  
Nullus est bonus vel beatus nisi volens.  
Nos sumus domini nostri operationum a principio usqz ad fine  
Qualis unusquisqz est talis videtur sibi esse finis.  
Terribilissimum omnium terribilium est mors  
Fortitudo est aggressio terribilium ubi mors imminent propter bonum saluandum  
In repentinis cognoscitur habitus.  
Desiderium pueri oportet esse fm preceptum doctoris  
In naturalibus desiderijs pauci peccant

**S**equuntur autoritates .iiiij. libri ethicorum aristotelis  
**V**irtus et gratiaqz actio debetur danti et non accipienti  
Virtuosus bene vtitur quibuscumqz  
Dare et non accipere est liberalitas.  
Pulcritudo semper est in magno corpore. Unde parui formosissimi dicuntur non autem pulcri.